



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Miraculum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Ad octavum, Diaz. *loc. cit. cap. 29.* dicit esse arbitrariam pœnam, attentâ personæ & excessus qualitate, tamen Boer. *decif. 4. nu. 2.* dicit esse pœnam depositionis, per *cap. si constituerit, de accusat.*

Ad Nonum responderetur negativè, Boer. *in tractat. de auctor. magni Conf. p. Franc. nu. 53.* Nec obstat *cap. significatum, de prebend.* quia ibi loquitur de eadem Missa celebranda quotidie, & non de persona celebrante singulis diebus, per *ca. quotidi. de consecr. bene verum est, quod semel in hebdomada potest quiescere, juxta communem consuetudinem, & per ea, quæ superius diximus. §. 1. ver. ad tertium. conf. 3. Nav. conf. 6. de preb. §. conf. 9. nu. 8. de celebr. Miss.*

MIRACULUM.

SUMMARIUM.

- 1 *Quid sit miraculum.*
- 2 *Quæ requirantur ad verum miraculum*
- 3 *Quando debeat, vel possit publicari.*
- 4 *Quare fiant miracula.*
- 5 *Quid de prædicantibus falsa miracula.*
- 6 *Quomodo probentur.*
- 7 *Quando differant inter prodigium, & virtutem.*
- 8 *Quomodo differant inter gratias.*

Ad Primum, vide D. Tho. *1. qu. 105. art. 7.* & *Lexicon Theologicum in ver. miraculum, & Panor. inc. cum Martha, nu. 7. de celebrat. Missar.*

Ad Secundum, requiritur primum ut si aliquod arduum, & difficile, ut laturatio quinque mille hominum, cum

quinque panibus, & duobus piscibus. *Ioan. cap. 6.* ubi ait, *Vnde ememus panes ut manducent hi?* & *Marci 8. Quis potest hos saturare in solitudine?* ubi arduum, & difficile demonstratur. Secundum, ut insolitum, ut sistere Solem, & Lunam, *Iosue 10. & 4. Reg. cap. 20. & Isa. capit. 38.* ubi est magna difficultas, an constiterint omnes cæli, vide pro hac materia *Sor. 4. sen. d. 48. qu. 2. art. 2.* Tertium, ut præter consuetudinem, ordinem, & vires naturæ, *Ioan. capit. 9.* de cæco nato, ubi facit lutum, quod non solum non est illuminativum, sed obcæcativum. Quartum, ut raro; D. Aug. *tra. 24. in Ioan.* ubi ait, *quotidiana viluerunt; gl. inc. legitimus, in ver. paucitate, 93. d.* Quintum, ut fiat ad bonum finem, D. Aug. *lib. de util. 1. creden. ad Honoratum cap. 16.* D. Tho. *loc. cit. art. 7. ad secundum, & 2. 2. ar. 1. & 2.* vide *Addit. Ant. Franc. in Pan. in d. ca. cum Martha, nu. 7. lit. B.* patet in *languedo loa. cap. 5.* Vade, & amplius noli peccare, & de paralytico sive hydroptico, *Luc. ca. 13.* Remittuntur tibi peccata tuâ. Sextum, quod fiat statim, illic, protinus, repente: nam si fieret successivè, non diceretur miraculum. D. Th. *loc. cit. art. 8.* Beda, & Hier. *super Luc. c. 4.* de focu Simon. imperavit febrî, & statim, & ita de Lazaro statim. ita de filio viduæ statim, & alia quam plurima. Nec obstat illud *Mar. ca. 8.* de cæco illuminato paulatim, & successivè, quia etiam parvula temporis mora fuit sanatus.

Ad Tertium, non potest miraculum publicari, teneri, haberi, seu venerari, sine auctoritate & approbatione Romanæ Ecclesiæ, capit. 1. de reliq. & vene-

rat. sanct. & requiritur etiam approbatio Ordinarii, Con. Trid. *sess. 25. capite. de invoc. & venerat. sanct. in prin.* Ratio potest esse, quia miracula possunt fieri per malos homines, & dæmones, *ca. teneamus, 1. qu. 1. gl. in d. cap. 1. in ver. miracula, D. Tho. ubi supra. Mat. cap. 7. & cap. 24. Hier. ca. 23. Deut. ca. 13. D. Aug. lib. 10. ca. 16. de civit. Dei, & Hom. 9. in Apoca. & tract. 110. in Ioan. Alex. de Ales. 2. p. 9. 43. mem. 10. prope fi. D. Tho. super c. 1. 2. Cor. lect. 3. in cant. aur. super Luc. 1. referens Athan. in vita S. Hilar. super Mat. c. 7. & ibi Chryl. super c. 8. Luc. Sanctus Max. in homil. 1. Dom. Adventus. D. Th. super c. 6. ad Eph. 3. prope fi. Beda. in c. 3. Io. super illa verba, *Dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, Alcuinus ibidem, & ibi gl. interlin. D. Th. 2. 2. q. 161. art. 3. & 1. par. 9. 61. art. 2. ad secundum D. Aug. lib. 8. super Gen. ad literam, Mall. malef. quæst. 61. art. 10. ad octavum. Syl. lib. 1. c. ult. p. 3. de strig. Comp. Theol. lib. 2. c. 1. Soto 4. Sentent. dist. 43. qu. 2. ar. 3. D. Th. in Addit. 3. p. 9. 77. art. ult. & super c. 15. 1. Cor. lect. 8. quib. in locis habes, an miracula possint fieri à dæmonibus, vel à malis hominibus, vel à viris sanctis, etiam nondum canonizatis ab Ecclesia Catholica; & cognoscuntur. Primò, ex fine; secundò, ex modo; tertio, ex tempore; quartò, ex locis. D. Hier. in Mat. 8. super illa verba, *Venisti ante tempus, &c. glo. ord. super Luc. 8. & ibi Chryl. & Niceph. in histor. Eccl. lib. ... Innoc. in c. 1. de reliq. & venerat. Sanct. Viguer. in Inst. Theolog. tract. de virtute Dei, c. 10. & an hodie sint necessaria, vel utilia miracula, vide Greg. in hom. Ascens. Ioan. Gerfo. Can-***

cel. Paris. 2. q. & sic quando succedunt in aliqua dioc. si sint cauti Reverendissimi Ordinarii, ne miracula promulgent, nisi prius id per testes legitimos fuerit sufficienter probatum, & processus, sive aliquid huiusmodi mittatur ad summum Rom. Pontif. *gl. cit. & c. venerab. de test. & ibi gl. Nav. c. 18. n. 5. notab. 5. & sic ab ipso sum. Pontif. expectetur determinatio, vide Bul. Leo. X. quæ est 15. & incipit, Supernè. ubi etiam non possunt publicari, sine Sedis Apost. licentia, & Ordinariorum approbatione.*

Ad quartum, miracula sunt primò ad confirmationem sanctæ prædicationis, *Marci ult. & hæc potest facere etiam homo peccator, D. Thom. Secundò, ad propagationem fidei, D. Greg. in Homil. Ascens. Tertio, ad ostendendam sanctitatem alicujus viri, ut de B. Stephano Actor. 9. dicitur, faciebat prodigia, quia plenus gratia. Quarto, ad ostendendam sanctitatem loci, ut Gen. 23. & Exod. 3. Quintò, ad conservationem fidei, & ad fovendam charitatem fidelium, quæ alioquin refrigesceret. Mat. c. 24. 1. Cor. cap. 14. *Qui prophetant hominibus, loquuntur ad adificationem, & exhortationem. D. Th. 1. Cor. c. 12. lect. 2. & sic ad augendam plebis Christianæ devotionem. Sextò, ad gloriam Dei, Actorum cap. 4. Io. ca. 9. Psal. 123. Septimò, ad confirmandam veritatem sacrarum imaginum, prout in septima Synodo generali, quæ est secunda Nicæna, sub Constantino & Iren. Imperatoribus, ubi agitur de imagine Crucifixi percussa pugione emittenti magnam sanguinis effusionem, ex Athanasio, & ex imaginibus SS. Cos-**

ma, & Damiani, & sic videmus diversis in locis sacris hisce nostris temporibus fieri miracula circa corporum infirmitates, & ista possunt peti à Deo. Flor. Theol. 4. *Sent. tract. de Suffrag. art. 2. diffus. 2. conclus. 2.* D. Thom. 2. ad Thessal. c. 3. *lect. 2. circa ult.*

Ad quintum, prædicantes falsa miracula sunt excommunicati Papali excommunicatione, Nav. *capit. vigesimo-septimo. numero 113. ex com. 30.* licet ipse & Cajet. & Auctor Sum. Concil. Latet, in *si. §. ambiguum.* dubitent, hanc censuram, sicut alias factas in dict. Conc. fuisse usu receptas.

Ad sextum, vide Gemin. *capit. 1. numero 3. de confes. libro 7.* Bald. in *1. solam. col. fin. Cod. de testib.* Addit. Zachar. in Abb. *in capitulo cum Marthe, numero septimo, de celebrat. Miss. in lura B. & Syria. de Cath. instu. titulo vigesimo octavo, num. 19.*

Ad septimum, vide D. Thom. 2. Cor. c. 12. *lect. 4. in ver. signa Apostolatus.*

Ad octavum, miracula vera sunt propter illa quæ dicta sunt in 4. §. gratiæ verò possunt fieri magis communiter, & gratia sanitarum commemoratur scriptum, *d. Mo. 226. 178. articulo 1. ad 4.* & sic interdum fiunt quedam miracula, seu stupenda in quibusdam Ecclesiis, sive imaginibus sacris, quæ videntur miracula, & revera non sunt talia: sed potiùs gratiæ, vel dona, D. Thom. *loc. c. lect. 2.* & ex his poteris colligere, quod non sunt vera miracula, quando quis progressu temporis sanaretur, vel quid modicum infirmitatis, nam vera miracula, vel nihil, vel totum operantur, ut de

paralyt. *lo. 5.* ubi D. Aug. totum hominem sanum fecit in Sabbato, *Deut. 34. Dei perfecta sunt opera, & Gen. c. 1. Vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, & insuper quod ea quæ fiunt à malis hominibus, vel dæmonibus prædicantibus, falsam doctrinam, non sunt verè miracula, & sic erunt illa, quæ faciet Antichristus, & si quæ sunt, quæ circumferuntur à nostris pseudo prophetis recentioribus hæreticis falsa dogmata prædicantibus.*

Hic nota de nonnullis miraculis, sive ignotis prodigiis, signis, & portentis quæ solent apparere in aëre, ut refert Plin. *lib. 2. cap. 59. nat. hist.* Ioseph. *de bello Judaico. Machab. lib. 2. c. 5. & 11.* de aliis similibus phantasmatibus, & spectris, quæ interdum solent apparere noctis tempore, circa sepulchra mortuorum, an fieri possint naturaliter, vel per malignos spiritus; vide Ammon. *in predicans.* & Snessan. *libro primo, Meteorol. Com. 43. & 84.* cætera fufius vide in Doctoribus citatis.

MONIALES.

SUMMARIUM.

- 1 Monialis, quot annorum debeat esse, quando vult suscipere habitum monachalem.
- 2 Quot annorum in professione emittenda.
- 3 Ubi, & quoties examinanda, seu exploranda ejus voluntas.
- 4 Clausura, & septa monasterii ad quem pertinent.
- 5 An possint habere proprium moniales.

Ss

6 Quos